

quia ab infantia sacras litteras nosti (1). Hinc videt in illis puer baptizatus objecta fidei sue, et cum eodem apostolo dicere potest: *Scio cui credidi, et certus sum*, magis certum habens hoc pacto credibilitatis motivum; in Ecclesia autem romana pueris talis lectio interdicatur. Ergo.

Resp. Ad 1. Dist. Ex suo consensu vel expresso, vel interpretativo aut presumpto, C. tantum expresso, N. Quoties enim agitur vel de maximo aliquo impendente malo avertendo, vel de summo aliquo homo aut beneficio adipiscendo, toties presumunt voluntas ejus, ad quem illa spectant. Sic vel ipse leges humane jure naturali innixa statuerunt. Talis est porro casus noster. Numquid posset quispiam se retrahere a solvendis impensis medico aut pharmaco debitis a per sponsos promissis, eo quod ipse sensibus destitutus eas per se minime promiserit aut sine expresso suo consensu illi eas promissiones fecerint?

Ad 2. Dist. Si fides a Scripturarum lectione, quam protestantes praeceperint penderet, Tr. Si ex auditu ut, affirmat Apostolus, N. Jam vero Scripturarum lectio innumeris prope rūdibus est impossibilis; sed et hoc dato, impossibile rursum est, ut pueruli ex ejusmodi lectione fidem, aut fidei articulos sibi cedere possiat, cum neque adulti et docti absque Ecclesiæ auctoritate et magisterio id consequi possint, ut ex protestantium experimento facile evincitur, qui hac methodo fidem omnem amiserunt, et in absurdâ queque delapsi sunt. Primi fideles absque Scripturis optimi christiani fuerunt perinde ac barbari illi, de quibus scribit s. Irenæus, qui *Sine charta et atramento scriptam habebant per spiritum in cordibus suis salutem* (2). Addo absque infallibili Ecclesiæ auctoritate ipsi constare non posse de Scripturarum canone, authenticitate et inspiratione. Sed de his suo loco. Interim ex his colligitur absurdam plane esse protestantium methodum, atque ad illudendum exigitatam.

CAPUT V. DE NECESSITATE BAPTISMO.

Duplici ratione potest aliquid necessarium esse; vel necessitate *medii*, ut vocant, vel necessitate *præcepti*. Necessarium est necessitate medi, si absque eo finis obtineri nullatenus possit; necessitate autem præcepti, si ita quidpiam sit imperatum, ut etiam eo omisso, inculpabiliter tamen, finis possit obtineri. Duplici hoe modo necessarium esse baptismus sive in re sive in voto tenet Ecclesia catholica, quoad adultos, quibus saltem innotuit Evangelium; necessarium vero docet necessitate medi quoad infantes, nisi ejus vices suppleat martyrum. Et hoc quidem contra manichætos, pelagianos, waldenses, calvinianos et socinianos qui baptismi necessitatem rejece- runt saltem quoad filios christianorum, aut eos qui fidei nostræ educatione Christum profiteantur. Hunc

(1) Στὴ μητὶ τὸν ἄλιθον καὶ ἀποδεῖξε.... Καὶ τὸν εὐπόντα τὸν τρέχοντα οὖν.

(2) Lib. iii, cont. *Hæres*, cap. 4, n. 2.

errorem sibi adsciverunt passim protestantes, presertim vero rationalistæ (1). Adeo vero invaluit hæc perniciosa sententia in Anglia, ut nisi seculares magistratus infantum saluti datis legibus prospexit, absque salutari lavaero passim isti relinquenteretur (2). Contra quem errorem sit

PROPOSITIO. — *Baptismus liber non est, sed est necessarius ad salutem.*

Est de fide juxta can. V, conc. Trid., sess. VII: *Si quis dixerit baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem, anath. sit.*

Majoris claritatis gratia in re tanti momenti præmittimus 1. Neque infantes, neque adultos baptismi lege statim obstrictos fuisse cum Christus, Joan., III, ejus necessitatem Nicodemo patet, aut Matth., ult., eam omnibus indixit, sed solum post sufficientem Evangeliæ promulgationem. 2. Non omnes theologos consentientes esse in epocha definienda sufficientis ejusmodi promulgationis, licet passim ipsi assignent decem annos plus minus pro universa Palestina, et quadraginta pro imperio romano. 3. Ejusmodi sufficientem promulgationem esse relativam, non autem absolutam, id est, eadem ratione minime dimetiendam esse relate ad diversas gentes; e. g. relate ad Americanos, vix sec. XVI dici poterat, fidem esse sufficienter promulgatam: quinimo et illud addendum est, ejusmodi promulgationem relativam esse non solum quoad diversas gentes, verum etiam quoad individua, ut patet, cum lex evangelica non solum gentes, sed et individua singula obliget et obstringat; hinc si aliquis inculpabiliter illam ignoret, ea minime obligatur (3). 4. Animadvertisimus infideles negatos ante sufficientem ejusmodi promulgationem versari in eodem statu et conditio- ne, ac versabantur universæ gentes ante Christi adventum circa salutis media, sive respectu adulorum, sive respectu infantium. 5. Baptismi institutio-

(1) Mirum est, qua fiducia omnes sectari rejicant necessitatem baptismi. Limborchius *Theol. Christ.* lib. v. cap. 69, § 25, concludit: «Unicuique libertatem concedendam esse baptismum suscipiendi.» Cum juxta ipsum uniuscuiusque sacramenti etc. nempe baptismi et eorum. Wegscheid, § 170. «Commentum de necessitate baptismi profligatum videmus.» Sic ceteri passim tumentes ejusmodi homines loquuntur; immo Beza ep. VIII. ad Grindallium ejusc. Londinensem, aperte doctrinam de absoluta necessitate baptismi vocat *errorem, quem nimis multi jam pri- dem asservant*, pag. 74, et seqq. edit. an. 1543.

(2) Ex hac persuasione de nulla baptismi necessitate, quæ penes protestantes vulgata est, fit, ut eorum ministri adeo oscitantur hoc sacramentum administrant, ut grave dubium ortum sit de valore baptismi ab illis collati. Hinc receptum est, ut passim non solum in Anglia, Gallia, Germania, verum etiam Romæ, sub conditione tis, qui se ex diversis sectis recipiunt ad Ecclesiam catholicam, iterum baptismus conferatur.

(3) Individua enim sunt, quæ damnantur aut salvantur, *gentis seu nationis* vox est abstracta ad collectionem individuum significandam. Quo spectant s. Bernardi verba Tract. de Bapt. cap. 2. n. 6. «Sed ex eo tempore tantum cuique copit antiqua observatio non valere, et non baptizatus quisque novi præcepti (a Christo dati) reus existere, ex quo præceptum ipsum inexcusabiliter ad ejus potuit pervenire notitiam.» Opp. edit. Mabill. tom. n. pag. 634.

nem, quæ, ut diximus, relate ad adultos rationem obtinet medi et præcepti, relate ad infantes non posse habere nisi rationem medi; quare si ipsis conferatur, hi jus acquirunt ad aeternam ac supernaturalem felicitatem; ad beatitudinem scilicet *per se* humanae naturæ indebitam. Quod si his non applicetur, quamecumque demum ob causam id contingat, ipsi non privantur nisi beneficio gratuito, nec pejor fit eorum conditio, perinde ac si nunquam humana natura eventa esset ad ordinem supernaturalem. Hæc quidem privatio in præsenti rerum ordine rationem habet damnationis ad relationem ad culpam originalem, quæ ab infantibus nascendo contrahitur, ast in se et absolute nihil detrahit ex eo, quod exposuit humanae naturæ conditio, ut late suo loco exposuimus (1).

Quibus ita compositis, sic accedimus ad enuntiatæ propositionis veritatem vindicandam. Christus Matth., XXVIII, 19, præcepit apostolis: *Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos, etc.*; et Marc., XVI, 15: *Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvis erit.* Ejusdem igitur necessitatis est baptismus ad salutem ac fides; sed fides, adversariis ipsis ultra latentibus, necessaria est omnibus et quovis tempore; ergo et baptismus omnibus et quovis tempore necessarium est ad salutem, nec temporarium proinde est hoc præceptum, neque solos afficit infideles, vel infidelium filios.

Rursum: idem Christus ait Joan., III, 5: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto non potest introire in regnum Dei.* Quæ verba pariter generalissima sunt, nec Judæos tantum aut ethnicos respiciunt, sed omnes prorsus tam præsentes quam futuros homines cuiuscumque sexus, conditionis, religionis et generis, cum tam late patere debeat ejusmodi *renascentia* seu *regeneratio*, quam ortus et generatio. Quare ex hoc testimonio, si paucos aliquot obscurissimi nominis hæreticos excipias, universi non modo orthodoxi, verum etiam universæ heterodoxorum sectæ, tenuerint baptismum ad religionis christiane professionem, æque ac ad salutem necessarium absolute esse. Tantum porro absuit, ut vel suorum omnium consensionem obtinuerit Socinus, dum baptismi necessitatem impugnavit, ut ex ipsis sectariis complures extiterint valde ab ejusmodi errore abhorrentes, qui etiam editis scriptis, eum confutaverunt. (2)

Ex his porro Christi verbis, quæ postremo loco adduximus, merito colligebat s. Ambrosius: *Utique nullum excipit (Christus), non infantem, non aliqua præventione necessitate* (3); et Gennadius inter firmissima Ecclesiæ dogmata et istud recenset dicens:

(1) In Tract. de Deo creatore col. 771. et seqq.

(2) Haec magna solertia recentet Reimannus in sua *Bibliotheca theologiae* sect. 2. cap. 15.

(3) Lib. ii. de Abraham cap. 11. n. 84. in quem locum cf. adnot. edd. Maur. Idem s. doctor ibid. n. 79. jam scripsit: «Quia nemo ascendit in regnum celorum, nisi per sacramentum baptismatis.»

(1) Lib. de Ecclesiasticis dogmatibus, cap. 41. In Append. tom. viii. opp. S. August. ed. Maur.

(2) Hos colligit Jo. Gerard. Vossius disput. VII. de bapt. thesi XXI.

(3) La perpetuité de la foi, tom. v. liv. ii. ch. 1. et 2.

(4) V. 17. Συμβάλλεται τοις πατέρεσσι ταῖς παρακλήσεσι. Λεγεται πατέρεσσι ταῖς παρακλήσεσι.

etc., loquens ibid., VI, 54, de eucharistia ait: *Nisi manducaveris carnem Filii hominis, et biberis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*: 4. Quin tamen ex his posterioribus verbis, quidquid dixerit s. Augustinus, colligi possit absoluta necessitas eucharisticae sumptionis, cum contrarium desinierit concilium Trident., sess. XXI, cap. et can. IV. Ergo.

Resp. Neg. A. Ad 1. prob. *Dist.* Signa sequentur eos, qui crediderint, C. qui baptizati fuerint, N. Si quid igitur evincerebant objecta verba, efficere adversus protestantium hypothesis, fidei preceptum neque universale neque perpetuum esse, quod nec tamen ipsi admittunt, nec sociniani. Signa autem illa necessaria tunc temporis non fuerint, nisi ut motu credibilitatis iis exhiberent, qui ex infidelitate ad fidem veniebant. Addo, nec cessasse hujusmodi signa in Ecclesia catholica, ut ex fastis sanctorum patet, neque aliquid commune habere cum baptismio.

Ad 2. Neg. Ut constat ex iis quae superius diximus, agendo de baptismi materia. Ad illud vero, quod subdunt ex Christi verbis: *Quod natum est ex Spiritu*, etc. D. Ex spiritu tanquam causa principali et efficiente, et aqua tanquam causa instrumentalis, C. ex spiritu sine aqua, N. Loquitur enim ibid. Christus de nativitate spirituali per aquam obtinenda de qua prius disseruerat.

Ad 3. Neg. Nam vel ipsa loquendi ratio, quam Christus usurpavit in posteriori loco, indicat ipsum alloqui praesentes, ideoque adultos et precepti capaces; in priori autem textu agens de baptismio, omnes indiscriminatim comprehendit. Hoc autem patet ex utriusque testimonii collatione (1), atque ex diversis adjunctis, in quibus Christus objecta verba protulit. Hinc diverso sensu haec testimonia intellectus consuevit ab aetate apostolica baptismum administrare, non item vero confirmationem et eucharistiam; qui mos nonnisi serius obtinuit, neque fuit universalis (2). Verum de hoc argumento iterum sermo instituetur, ubi agemus de eucharistia.

Ad 4. Negamus s. Augustinum absolutam eucharisticae necessitatem ex citatis verbis docuisse. Ut enim suo loco ostendimus, s. doctor nuspam parem utriusque sacramenti, baptismi scilicet et eucharistiae necessitatem asseruit aut praedicavit.

(1) Verba enim Christi Domini Joan. III, *Nisi quis, etc.* generalissima sunt, ut patet, utpote indefinite ac in tercia persona prolati; contra vero Joan. VI, alloquitur Christus Capharnaiteis adulos et precepti capaces in secunda persona dicens: *Nisi manducaveris carnem Filii hominis, et biberis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*. Deinde aliud est, sine baptismio non posse quempiam intrare in regnum colorum; aliud vero non *habere vitam in se*; his enim tantum significatur, non posse sine alimento spirituali vitam ali, conservari, etc., quoad eos nempe, qui vires reparare debent. Cum vero iuantes haec virium reparatione non indigeant, hiac patet ad eos non posse haec verba Christi extendi. Verum de hoc alias. Interim cf. Cornelium a Lapide in lib. I.

(2) Cf. Jo. Haidei. S. J. in cit. *Dissert. De instituto Ecclesie infantibus mox cum baptismino conferendi sacramenta confirmat, et eucharistie.* Quest. II. § un. nec non Iac. Pamelii in annotat. in lib. s. Cypr. de Lapsis.

II. *Obj.* Dato etiam quod in adductis Christi verbis, Joan. III: *Nisi quis, etc.*, verum significaretur praeceptum universale et perpetuum, ast I. praeceptum est positivum, a quo proinde excusat ignoratio, aut impotencia, ut aperte profiteret s. Augustinus, utens exemplo pii latronis, qui sola fide salvis factus est; ait enim: *Quantum valeat etiam sine visibili sacramento baptismi, quod ait Apostolus: corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem, in illo latrone declaratum est: ac praeterea subdit: Sed tunc impletur invisibiliter, cum ministerium baptismi non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit* (Lib. 4, de Bap., cap. 22, 29); 2. Exemplo latronis adjicere potuisset exempla Apollo, apostolorum ac B. Virginis, qui nullibi Christi lavato tineti perhibentur. Ergo.

Resp. ad 1. Dist. Est praeceptum simul et medium quoad adultos, qui aquae baptismum supplere possunt in necessitatibus easu per ejus votum aut martyrium, C. Quoad infantes, subd. Est praeceptum, N., est medium quod per solum martyrium suppleri potest, C. ea revocanda sunt, quae initio hujus capituli praemissus. Porro de infantibus ita scribit s. Augustinus: *Quisquis dicerit, quod in Christo vivificabuntur etiam parvuli, qui sine sacramenti ejus participatione de vita exirent, hic profecto et contra apostolicam praedicationem venit, et totam condemnat Ecclesiam; ubi propterea cum baptizandis parvulis festinatur et curritur, quia sine dubio creditur, aliter eos in Christo vivificari omnino non posse* (1).

Ad 2. Dist. Id est in Scripturis non legitur, C. non fuerunt baptizati, N. Etsi enim horum ablutionem Scriptura non referat, non inde consequens est, eos tintos non fuisse. Sane de apostolorum baptismio patres dubitare non sint; quia verisimile non est, eos, qui tanquam discipuli Salvatoris et ministri tingebant alios, non fuisse antea lavaero salutari ablutos (2). Imo Augustinus contendit, oppositum credi

(1) Ep. CLXVI. ad Hieron. cap. 8. n. 21. Ubi adnotandum est, s. doctorem antithesim instituisse cum Apostolo I Cor., XV., 21. 22. inter eos, qui moriuntur in Adam, et eos, qui vivificantur in Christo; pronuntiat vero neminem ex iis, qui in Adam mortui sunt, vivificari in Christo, nisi per baptismum. Ex quo colligimus, eum non existimasse pueros qui in utero matrum moriuntur, parentum fide aut voto a peccati originali reatu solvi posse, nec putasse, prou nonnulli autont, ad eos non spectare Christi sententiam: *Nisi quis renatus*, etc.

(2) Card. Bellarm. lib. I., de Bap. cap. 23. n. 21. ut evincat, apostolos baptizatos fuisse Christi baptismio, adducit inter ceteras auctoritatem etiam Tertullianum ex lib. de Baptismo, ac certum est ex cap. 12. libri cit. Tertullianum silere prorsus de baptismio Christi apostoli collato, ac solum conidere apostolos tintos fuisse baptismio Joannis, Sic, minime assuetus est mentem Tertulliani Pamelius, qui citato capiti hunc titulum praeditum: *Quod apostoli baptizati fuisse videantur*.

Verum quod non tradidit Afer scriptor, qui non vidit epistolam Evodii inscriptam *ad Lumen*, aliis antiqui scriptores scripto consignarunt. Itaque Evodius immediatus s. Petri in ecclesia antiocheno successor in laud. epistola, cuius fragmentum profert Nicephorus in Hist. Eccles. lib. II, cap. 5. «Christus, inquit, manibus ipse suis Petrum tantummodo baptizavit, Petrus porro Andream et filios Zebedei, ii deinceps reliquos apostolos. Septuaginta autem illos Petrus et Joannes theologus dicit baptismi. Ex eadem epistola Evodius Clemens Alex. Tertulliano coevers lib. V. Hypotyposeson explicans illud apostoli-

non posse absque erroris culpa, etiamsi Evangelium non referat apostolorum baptismum (1). Neque enim omnia, quae gesta sunt, litteris fuerunt consignata.

Quod spectat ad B. Virginem, non defuerunt qui negarent, eam perceperisse baptismum, tum quia ex causis, ob quas ille suscepitur, nulla permovere poterat Mariam; tum quia injuriosa fuisse eximiae innocentiae Virginis et sanctitati susceptio baptismi, hoc enim pacto quadammodo declarasset se originali labore pollutam etiam post Christi partum (2). Non defuerunt tamen, qui affirmarent B. V. comprehensam fuisse precepto Christi, Joan. III: *Nisi quis, etc.*, quorum sententia probatur Vasquezio et Dominico Soto (3), etsi Virgo neque peccatum originis contraxerit, neque ulla vel levi actuali noxa se commaculaverit. Nam quamvis baptismus ad remittenda peccata necessarius sit, censetur tamen adhuc necessarius ad profundam Christi fidem, ac sacramenta reliqua percipienda, atque ita ad consequendum regnum celorum. Quamvis praeterea B. Virgo obligatione hujus precepti minime obstructa esset, voluisse nihilominus baptizari, si status ipsius cum essentia et institutione sacramenti non pugnaret, prout re ipsa non pugnat (4).

III. *Obj. I.* Masculis Hebreorum ante octavum a nativitate diem, feminis eorum omnibus antequam ad rationis usum pertingerent satis erat fides parentum, ut ad salutem pervenirent; eadem adhuc est ratio parvolorum, qui nascuntur ex infidelibus negativis, qui in eadem versantur conditione ac versantur li, qui pertinebant ad legem naturae. Si igitur infantes christianorum absoluta baptismi necessitate tenerentur, pejor foret istorum conditio, ac esset et sit conditio filiorum, qui nascuntur sub naturae lege, aut nascuntur ex infidelibus negativis, quod absurdum est; nec enim Christus venit, ut coarctaret media salutis, sed ut ea potius amplificaret. 2. Multo minus Christi precepto obstricti dicendi sunt infantes qui in utero matris moriuntur, seu quondam in faciem editi non sunt; nam isti, cum nondum nati sint, non possunt renasci per baptismum, aliqui

eum dictum: *Gratias ago Deo, quia neminem restrum baptizavi*: «Christus, ait, dicitur Petrum solum baptizasse, Petrus Andream, Jacobum et Joannem, illi autem reliquos.» Cf. hoc fragmentum apud Jo. Moschum in Prato spirituali cap. CLXXVI. ex quo illud refert Jo. Petrus episcopus Oxiensis in sua edit. opp. Clementis Alex. ed. Ven. 1756. tom. 2. pag. 1016. Ad hanc Evodii et Clementis traditionem alludit Eutymius dum in verba Joan. III, *venit Jesus*, etc., dicit viros apostolos proximos scripsisse, Petrum a Christo baptizatum. Cf. s. Augustinum ep. CCLXV. ad Seleucianam. Plura etiam vide apud Lacerda in adnot. ad cap. 41. et 45. libri Tertull. de Bap.

(1) Epist. cit. ad Seleucianam n. 4.

(2) Cf. apud Trombellum in op. *Maria ss. vita ac gesta*. Bononi. 1763. tom. iv. P. I. Diss. XXXIV. quest. 1. ubi copiose, ut solet eruditus hic auctor, ea concessit, quae utrique sententia, affirmant se, negantur.

(3) Vasq. in 3. P. S. Th. disp. CXIX. cap. 7. n. 63. Don. Soto comment. in IV. sent. dist. V. q. un. art. 2. edit. Methymnae Campi 1881. tom. 1. pag. 257. et seq.

(4) Cf. alios auctores apud Tromb. loc. cit. Cf. etiam Jo. Ger. Vossium Disp. VII. de Bap. thesi XVI. caute tamen legendus hic auctor, ob errors, quae ubique intermixt sectae sue.

tertiam nativitatem per baptismum consequentur, ut animadverit s. Augustinus (1); et 3., praeterea in physica impossibilitate inveniuntur, a qua nec per se, nec per parentes liberari possunt; ergo Christus, utpote sapiens legislator, non potuit eos praecepto illo positivo comprehendere. Ne igitur dicitur Christum voluisse ipsos excludere a beneficio generali redēptionis, concludi debet cum s. Bonaventura (2). Cajetano, alias theologis catholicis, posse defectum baptismi in ejusmodi casu per fidem et votum parentum suppleri, qui propria ad processus fundandas in hunc finem provocandi sunt, cum agatur de sententia probabili, imo probabilissima, quam Ecclesia nunquam proscriptis (3). Ergo.

Resp. Ad 1. Dist. Satis erat fides parentum per aliquod signum externum illis applicata, juxta verisimiliorē sententiam, C. sola fides absque ulla extera applicatione, Tr. et nego paritatem. Transmissimus alterum distinctionis membrum, quia agitur de re nobis ignota et incompta, circa quam nec patres nec theologi inter se consentiunt (4). Ex tali propterea sententiarum discrepantia nihil concludi potest. Negavimus paritatem, quia aperte nunc nobis patescere est Christi voluntas, a qua id unice pendet, illa porro semel constituta, omnes rationes nostrae conticescere debent. Exinde etiam responsio patet ad id quod subditur de pueris, qui ex infidelibus negativis procreantur, qui utique in eadem conditione versantur ac illi, qui inveniuntur in lege naturae; ast ignota nobis est ratio, qua illorum infantes salvarentur, ut diximus, an scilicet per solam fidem parentum, an vero per aliquam externam ejusdem fidei applicationem.

Nec tamen, etiam in hypothesi de sola fide parentum inferri potest, Christum quoad christianorum parvulos restriuisse media salutis; nam, ut constat ex historia, paucissimi ante adventum Christi veram fidem conservarunt, ideoque paucissimis infantibus prodidisse potuisse parentum fides; contra vero, cum Evangelium ubique terrarum promulgatum fuerit, certe longe pluribus infantibus subventum est, et subvenitur per lavacrum regenerationis (5).

(1) Lib. seu epist. CLXXXVII. ad Dardanum cap. 10.

(2) Par. 2. q. 1. ar. 1. qui hanc scribit: «Neminem obligat Deus ad impossibile ex suo precepto, ut dicit Hieronymus; et iterum, quod quis non potest facere, reputatur ei pro facto.» Hinc praeverat s. Bernardus, qui ep. LXXVII. seu potius lib. De baptismis ad Hugonem a s. Victore cap. 2. n. 6. «Sane parvulus, inquit, nedum ratione tenitus, quia sola nocere creditur peccati contagio, non etiam mandati pravaricatio, tandem credendum est, antiqua valuisse sacramenta, quondam palam interdicta consisterit. An vero ultra? Penes Deum est, non meum definire.» Opp. edit. Mabil. tom. II. p. 654.

(5) Ita fere anonymous quidam in peculiari opusculo, an clauso edito de hoc argumento.

(4) Cf. que scripsimus in tract. de sacram. in genere cap. V.

(3) Hac difficultas, que petitur ex filiis infidelium, ad quos nondum pervenit Evangelii notitia, quicunque sola parentum fide in nonnullorum sententia salvari potuerunt, aut etiam possunt, hanc, inquam, difficultas, si theoretice spectetur, magni ponderis esse videtur; si vero practice, seu, ut aiunt, in concreto, nullius momenti esse deprehenditur. Quamvis enim non abnuemus, solam fidem parentum filii profuisse absque ulla externa applicatione, quis

Ad 2. Neg. ad 1. autem prob. respondeo illos natos esse censendos qui quanvis in lucem nondum editi, attamen concepti sunt et anima vivificati, ut patet ex Matth. 1, 20, nec tamen cum infantes in lucem prodeunt dici possunt denuo nati, ita ut tertia nativitas dici debeat quam ipsi per baptismum obtinent. In communi enim loquendi usu, cum infantes in lucem eduntur, tunc primum dicuntur nasci, quia perfecta est ipsorum nativitas et completa; contra vero in conceptione et progressu non est nisi inchoata et imperfecta. Ceterum s. Augustinus ideo l. c. infra iudicatur natum dici posse, qui nondum editus est, ut adstruat precise quod nos intendimus, nempe nulla ratione posse, si miraculum excipias, quempiam sanctificari in utero materno (1).

Ad. 3. Neg. suppositionem adversariorum, verba scilicet Christi, relate ad infantes habere rationem praecipi positivi, ut ipsi autemant; superius enim animadvertisimus, respectu infantium non habere nisi rationem medii, seu conditionis necessario ponendae, excepto martyrii casu, ut ipsi jus acquirant ad beneficium indebitum, cuiusmodi est supernaturalis beatitudo. Hinc concidunt argumentationes superstrutae (2).

Ad. 4. Neg. Quoad s. Bonaventuram, tantum enim abest, ut seraphicus doctor aliqua ratione huic sententiae adstipulatus sit, ut eam ex professo impugnaret (3). Dum vero docet fidem Ecclesiae prodesse

tamen ignorat, nonni paucissimos fidem intemeratam servasse, quam ex avila traditione percepierant in Deum creatorem ac reparatorem? Sane vix illa vestigia hujus fidei repererunt apud infideles missionarii illi, qui primi ad illorum oras appulerunt. Adeo, hic agi de infantibus jam in lucem editis, ad ceteris vero nemo est ex veteribus, qui tradat ipsi profluisse parentum fidem.

(1) Id patet ex toto contextu. Juverit tamen nonnulla ex objecto loco proferre, ut magis constet de germana s. doctoris mente. Sic igitur scribit ep. cit. n. 52: «*H*illa saeculatio, qua efficimur et singuli templum Dei, et in omnibus omnes templum Dei, non est nisi renatorum, quod nisi nati homines esse non possunt» et. n. 53: «*S*i igitur homo regenerari per gratiam Spiritus in utero potest, quoniam restat illi adhuc nasci, renascitur ergo antequam nascatur; quod fieri nullo modo potest. Prome in compaginem corporis Christi tanquam in vivam structuram templi Dei, qua est ejus Ecclesia, nati homines... renascendo per gratiam transferuntur, tanquam de massa ruina ad aedificii firmamentum. Prater hoc enim aedificium, quod beatitudinem construitur ad aeternam beatitudinem Dei, vita hominis omnis infelix, et mors est potius appellanda quam vita. Quisquis ergo habebitur a Deo, ne ira Dei maneat super eum, ab hoc corpore, ab hoc templo, ab hac civitate non erit alienus. Omnis autem non renatus alienus est.» Quia igitur ratione afferri potest auctoritas s. Augustini pro contraria sententia?

(2) Cf. tract. de Deo Creat. col. 872, et seqq. et tract. de Grat. col. 1582, et seqq.

(3) In lib. iv. sent. D. IV. par. 2. dub. 4. ubi sibi proponeat plures difficultates, quas conesserunt adversarii, quos impugnamus; ac 1^a Quia adulterus, cum non potest, excusat a precepto (baptismi): ergo multo magis parvulus. 2^a Dominus fidem parentum reputat quasi esset parvulus; ergo si ex fide et charitate offerant parvulum, videtur quod Dominus reputet illam esse parvuli: ergo non damnatur sine baptismio. 3^a Ponatur quod aliquis occidet parvulum, cum deferatur ad baptismum, ne baptizetur, numquid dicemus parvulum damnari, qui propter suscepitonem sacramenti mortuus est? Videtur enim hoc esse magna crudelitas. Quod si dicamus salvari, non ergo verum dicit Augustinus, quod non salvantur, etiam ad baptismum deferantur. 4^a Item si damnantur: ergo pejorata est conditio parvorum respectu status legis naturae, in quo salvabantur sola fide parentum. Ita s. Bonaventura

parvulus, aperte tradit id fieri in collatione baptismi.

Quod si Cajetani aliorumque paucorum theologorum sententia expresse damnata non est ab Ecclesia, ex eo solum conficitur, eam non esse hereticam. Ceterum sententia Cajetani a congregatione theologorum in concilio Tridentino improbata fuit, ac censura digna dijudicata; eadem jussus s. Pii V. expuncta fuit in editione ejus opp. Romae facta; ac Dom. Sotus tanquam haereticam impugnavit (1). Ex quibus abunde constat, quid de ea Ecclesia sentiat. Sane si veluti probabilem hanc sententiam Ecclesia indicaret, adhortaretur parentes aut ad preces fundendas, aut ad actum fidei eliciendum ut eorum filii in utero degentes salvarentur, quod tamen nunquam praestit (2).

IV. Obj. Saltem universalis dici nequit haec doctrina de absoluta necessitate baptismi, neque constans.

1. In primitiva siquidem Ecclesia plurimi ad etatem adultam baptismi susceptionem protrahebant. 2. Con-

qui has difficultates expendit, et solvit concludendo, nulla ratione salvare infantes, nisi baptismino aut martyrio. Ad postremam vero difficultatem respondet: «*N*e sequitur quod tunc melioris conditionis esset (status naturae), quia nullus status est melior propter generalitatem remedii, particularis autem persona conditio potest esse deteriorata: Deus autem in institutione sacramentorum statum concernit generalis Ecclesie, non particularis persona: et quoniam certudo remedii major est, et communior est in sacramento, quam in fidei merito, ideo patet illud.» Dum igitur loc. cit. s. doctor affirmit, Deum neminem obligare ad impossibile etc. loquitur de adulto, qui baptismino flaminis potest in necessitate casu suppleare baptismum fluminis, ut ex serie orationis liquet; ad summum excipit casum specialis privilegii; quale assequuntur sunt Jeremias et s. Joan. Baptista.

S. Bernardus loc. cit. agit de filiis eorum infidelium, qui negativi dieuantur, de quibus recole que superius scripsimus.

(1) Cf. Hist. Conc. Trid. card. Pallavicini lib. x. cap. 8. n. 5, et seqq.

(2) Cf. de hoc ipso argumento cl. Trombellum, qui copiosissime illud versat in Tract. de Sacramentis tom. iii. Diss. VII. de baptismio quest. 2. cap. 1. et seqq. ubi tres exponit celatores sententias, quas sive votores sive retentiores TT. aut inventerunt aut instaurarunt; quarum prima est Cajetani contendentes posse pueris in utero matrum degentibus subveniri efficaci desiderio illi conferendi baptismi, quod parentes conceperint, quodque desiderium et fidem suam, si fieri id possit, exteriori aliquo signo manifestebo. Altera est Ignatii Ludovici Bianchi; is in libro edito Venet. 1768. quem inscripsit: «*D*e remedio aeterna salutis pro parvulis in utero clausis sine baptismi morientibus, contendit, salvos posse ejusmodi infantes per oblationem pueri, quem Deo mater extrinsecus faciat. Tertiis sententia est Eusebii Amorti can. regularis, Theol. Moralis. tom. ii. Tract. 11. § 5. De subiecto baptismi pag. 120. et seqq. edit. an. 1758. Auguste Vindel. et Oeniponti, censet non esse a verisimili remotam opinionem eorum qui putant, Deum efficacissimum parentum precibus exoratum extra sacramentaliter pueros in utero detentos justificare, ac adducit pro se plures veteres, s. Bonav. Gersonem Gabr. Biel. Echium, etc.; porro hac ipsa sententia est, quam adstruit anonymous de quo mentionem iniecinus. Has porro sententias omnes jamdui exagitarerat, et inanies esse ostenderat doctus theologus Vasquez, quem vide in 3. P. s. Th. disp. CLI. cap. 1. et seqq. Quid praeceps senserit Venustianus Hiebel. Th. Bavarus cuiuslibet inscriptus: «*J*ustificatio parvuli sine martyrio et sacramento baptismi in re suscepto decedentis.» Laudis ihui 1752. proscriptus est decreto 14. Apr. 1753. milia comprehendit non est, cum hunc librum legere nequerimus.

Verum in hac opinandi licentia fines omnes excessisse videtur D. De la Marne in suo *Traité métaphysique des dogmes de la Trinité, de l'incarnation, de l'eucharistie, de la grâce, du péché original et de la résurrection des corps*. Paris. 1826. qui ut refert *Revue encyclop. de Paris*, Mars 1827, «*S*uppose que les enfants renfermés dans le sein maternel peuvent connaître Dicu, l'aimer et avoir le baptême de désir.»

stitutum præterea fuit, ut baptismus nonnisi solemnis Paschatis et Pentecostes diebus administraretur, prout patet ex ep. IV. s. Leonis: 3. qui ritus adeo rigide observatur in Thessalia, inquit Socrates: *Ut plerique apud illos absque baptismio moriantur* (1). 4. Alii præterea diu in catechumenatu baptismi gratiam expectare cogebantur; 5. Quod si contigisset aliquos extemplo ex hac vita migrare, sacrificia et oblationes pro ipsorum animabus offerri consueverant in Ecclesia, teste s. Ambrosio in oratione quam recitavit in funere Valentiniani imperatoris adhuc catechumeni, ab Arbogaste dolo sublati. 6. Hinc bene semper spectatum est de iis, qui in Ecclesia unitate absque baptismis defuncti fuissent, ut indicat s. Cyprianus ep. LXXIII. ad Jubajanum, ubi cum sibi ipsi aduersus sententiam de rebaptizandis in heresi baptizatis opposuerint: *Quid ergo fit de his, qui in præteritum de hæresi ad Ecclesiam venientes sine baptismio admissi sunt?* Respondet: *Potens est Dominus misericordia sua indulgentiam dare, et eos, qui ad Ecclesiam simpliciter admissi in Ecclesia dormierunt, ab Ecclesia sua munieribus non separare* (Edit. Maur. p. 156). Quo factum est 7. ut controversia anabaptismi semper spectata fuerit tanquam ad liberam disciplinam spectans. 8. Addit Coptos, teste Thoma a Jesu, nonnisi post trigesita dies parvulos suos tingere, et quidem per solos presbyteros, adeo ut eos potius mori patientur, quam ante statutum diem et ab alio, quam a presbytero, baptizari, ut apud calvinistas mos obtinet. Ad summum, testibus Wanslebio et Zagazabo, *Ægypti* supplet baptismi defectum nonnullis unetionibus super infantem defunctum, juxta suorum canonum prescriptum; *Æthyopes* vero persuasus habent sanctificari infantes in utero matris per eucharistiae sumptionem, quin proinde necessarium credant baptismum. Ergo.

Resp. Neg. A. Ad 1. prob. Dist. Protrahebant baptismum ex inveterato abusu, quem semper Ecclesia detestata est, et ob peculiares causas, quas superius recensuimus, C. Eo quod censuerint baptismum necessarium non esse ad salutem, et Ecclesia probante, N. Responsio patet ex dictis.

Ad 2. Dist. Pro administratione baptismi solemnis, ac excluso mortis periculo, C. Pro administratione baptismi privati, instanti præsertim mortis periculo, N. Imo semper summam sollicititudinem ostendit Ecclesia, urgente periculo, ne infantes absque baptismio decederent, ut ex dictis de ministro constat (2).

Ad 3. Dist. Qui propterea usus, seu potius abusus, ab universa Ecclesia improbatus est, utpote singularis et contra præmix universaliter receptam, C. securus, N. (3).

Ad 4. Dist. Ob pravam ipsum dispositionem, quandoque etiam ob ipsorum criminis, prout pariter

(1) Hist. Eccl. lib. v. cap. 22. ex ver. Valesii.

(2) Cf. Vicecomitem Observat. Eccl. lib. i. cap. 21.

(3) Id abunde constat ex argumento totius capituli, in quo Socrates recenset singulares usus peculiarium ecclesiastarum, quæ a communis totius Ecclesie regula et consuetudine ubique recepta recesserant, nec sine aliqua amplificatione, ut ibid. adnotat eruditus Valesius.

apud nos differtur absolutio non rite pœnitentibus, C. per se, N. (1).

Ad 5. In nonnullis ecclesiis particularibus, et ex presumpto baptismi voto, C. in Ecclesia universalis, N. Varia enim hac in parte in diversis ecclesiis obtinuit disciplina, et quidem ex presumpta vel expressa ipsorum voluntate suscipiendo baptismum, dummodo tamen ob aliquam ipsorum culpam ad ipsum pervenire minime potuerint, ut contigit Valentianino juniori per prodictionem ab Arbogaste perempto (2).

Ad 6. Dist. Ex peculiari placito s. Cypriani aliorumque rebaptizantium, qui aliter se extricare non poterant ab ejusmodi difficultate, C. ex sententia Ecclesie, subd. Ex presumptione voti baptismi, quem recipere non potuerint absque ipsorum culpa, C. Absolute, N. Error semper est timidus nec valet omnes consecutiones perseguiri (3).

Ad 7. Dist. A rebaptizantibus, et quidem superposita necessitate baptismi, Tr. ab universa Ecclesia, N. Etenim nec isti rebaptizantes semper sibi constantes fuerunt, modo enim ut firmissimum dogma suum præmix propagabant, modo ut rem disciplinare et liberam. In quavis tamen hypothesi semper fassi sunt necessitatibus alicuius baptismi, hinc urgebant necessitatem rebaptizandi ab haereticis tintos.

Ad 8. Neg. Ut constat ex dictis in probationibus. Ad allata vero documenta reponimus, illos missionarios deceptos fuisse aut ex particularibus nonnullorum abusibus, quos toti ipsorum Ecclesie tribuerunt; aut ex indiscreta, atque, ut sic loquar, anomala quorundam seminarum pietate, contra firmam illarum ecclesiastarum fidem de absoluta baptismi necessitate, ut ex innumeris prope antiquis patriarchalibus constitutionibus, et canonum collectionibus evincit Renaudotius, cum quibus permisceri non debent novæ quedam et private collections. Observat præterea hic eruditus auctor, omnium orientalium orthodoxarum Ecclesiarum credant baptismum nisi quis, etc. (4).

(1) Cf. Bingham *origenes*, etc. lib. x. cap. 2. § 17.

(2) Cf. s. Ambrosii de obitu Valentiani Consolat. n. 51. et seqq. cum adnot. edit. Maur.

(3) Hanc eandem difficultatem sibi objicit Firmilianus in epistola, que inter Cyprianicas edit. Maur. est n. LXXV. pag. 149. ac diversa ratione ab ea, quam adhibuit S. Cyprianus, eam solvit. Scrinit enim: Si de scanto excesserint (haeretici sine novo baptismate in Ecclesia recetti), in eorum numero habentur qui apud nos catechizati quidem sunt, sed priusquam baptizarentur obseruent. Qui autem adhuc in seculo permanent, habentur Ecclesia baptismi. S. Basilus ep. CLXXXVIII. ad Amphioch. can. 4. censet quidem oeconomico gratia Catharos, Eneratios, et Hydroparastatas posse absque novo baptismio in Ecclesia admitti, sed ratione ejus rei hanc addat: Propterea quod principium quidem separationis per schismam factum fuerit. Διά τοι μη ἀγνοεῖτε γένος δαχτυλίδων γένους. Porro suo loco ostendimus anabaptizantes discrimin agnoscere inter tintos ac haereticos ac tintos ac schismaticos. C. quæ scripsimus in Tract. de Sacram. ingen. cap. 3. col. 53.

(4) Cf. op. cit. liv. ii. chap. 2. et 5.

Dificultates, quæ petunt Calvinistæ ex fodere initio inter Deum et Abraham, quod autem extendit ad filios Israhel, nec non eas quas increduli ex ratione urgent, præoccupavimus et solvimus in Tract. de Deo Creat. col. 880. et seqq. Quod reliquas vero quas promovet cum suis Gerard. Jo. Vossius Disp. VII. De bapt. thesi XVII. et seqq. adversus absolutam baptismi necessitatem, partim

CAPUT VI. DE BAPTISMI EFFECTIBUS.

Circa baptismi effectus non parum tum a veteribus, tum a recentioribus hæreticis erratum est. Alii enim adeo baptismum depresserunt, ut cum manicheis assenserent: *Nihil cuiquam salutis afferre* (1); tales sunt sociniani, arminiani, nec pauci recentiores protestantes, juxta quos, ut suo loco scripsimus, baptismus non est nisi ritus et cæmeronia cooptationis in christiano-ram ecclæ. Antiquiores protestantes cum Proculo, Origenista et messalianis contendunt, per justificationem, quam baptismi ope consequimur, originale peccatum ejusque manifestationes, peccata scilicet actualia, non prorsus tolli, sed solum tertiæ, radi, aut non imputari, multo minus characterem per baptismum imprimi. Alii autem baptismi effectum adeo extollunt, ut doceant per ipsum non solum præterita peccata dæteri, sed etiam futura; vel saltem cum Jo-viniano (*Apud August. ib. n. LXXXII.*) tenent semel adeptam per baptismum justificationem amitti non posse; vel denique christianorum peccata, quæ mortalia essent, fieri venialia. Hos omnes errores synodus Tridentina proscriptis. Ac primo quidem sess. V. can. V. *Si quis per J. C. D. N. gratiam, quæ in baptisme confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam asserset non tolli totum id, quod veram, et propriam peccati rationem habet, sed dicit tantum radi aut non imputari, anath. sit; in renatis enim nihil odii Deus tum sess. VII. can. VI. de bapt. Si quis dixerit, baptizatum non posse, etiamsi velit, gratiam amittere, quantumcumque peccat, nisi nolit credere, anath. sit; et can. X. Si quis dixerit, peccata omnia, quæ post baptismum fiunt, sola recordatione et fide suscepti baptismi vel venialia fieri, anath. sit; ac demum can. XI. Si quis dixerit, verum et rite collatum baptismum iterandum esse illi, qui apud infideles fidem Christi negaverit, cum ad pœnitentiam convertitur, anath. sit.*

Ex his patet non solum proscriptos esse quatuor præcipios novatorum errores, nempe 1. per baptismum nullam gratiam conferri; 2. non penitus tolli originale peccatum unâ cum ceteris actualibus, si quæ sint; 3. inamissibilem esse semel adeptam justificationem, aut peccata in baptizatis ex mortalibus venialia fieri; 4. dæteri posse baptismi characterem vel amitti; sed præterea concupiscentiam, quæ in renatis adhuc superest, habere peccati proprie dicti rationem, qui est quintus novatorum error, quem his verbis eadem Tridentina synodus proscriptis: *Manere autem in baptizatis concupiscentiam, vel somitem, hæc sancta disjecimus, partim autem ex se concedunt; siquidem auctoritates, quas adducit ex s. Bernardo ep. LXXVII. ex Petro Blesensi serm. XXII. de Trin. et serm. XXIV. in festo Jacobi: «Sufficit spiritus et aqua; sufficit spiritus et sanguis; si aquam non exclusit contemptus religionis, sed articulus necessitatis» quæ de prompta sunt ex s. Augustino, ac citantur pariter ab Hugone a s. Victore, non afficiunt nisi adultos, qui in casu necessitatis per baptismi volum salvati possunt; quod nos non inficiamus, imo contendimus.*

(1) Ita S. Augustinus in lib. de Heresibus. Hæresi XLVI.

synodus fatetur, et sentit, quæ cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, sed viriliter per Christi Jesu gratiam repugnantibus non valet: quinimo qui legitime certaverit, coronabitur. Hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, sancta synodus declarat, Ecclesiam catholicam nunquam intellectisse peccatum appellari, quod vere et proprie in renatis peccatum sit; sed quia ex peccato est, et ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium senserit, anath. sit (Sess. V. can. 5.).

Patet insuper veros ac præcipios baptismi effectus ad quatuor revocari posse; primum scilicet et principalem esse gratiam justificationis et sanctitatis, qua labes primigenia et quævis alia noxa actualis tollitur; alterum vero, omnem per baptismum tolli poenæ reatum in altera præsentim vita luende; tertium, per eum patere aditum ad Ecclesiam dum Christo tanquam membra capiti sociamur, et ad reliqua sacramenta percipienda jus acquiri; quartum denique, characterem imprimi in animis nostris.

Ne tamen actum agere videamur, propositum hic nobis non est, vel singulos recensitos errores refellere, vel expositos effectus singillatim propugnare. Quod enim spectat ad peccatorum abrasionem et tegumentum, tum ad justificationis inammissibilitatem vel ad concupiscentiæ somitem, ea jam resellimus in Tractatu de Gratia (Par. 2. cap. 2. ar. 1. et seqq.); characterem vero imprimi nec dæteri posse ostendimus in Tract. de Sacramentis in genere (Cap. 2. Prop. 2.). De aditu ad Ecclesiam et jure inde proveniente ad reliqua sacramenta, res per se patet, neque in controversiam ab adversariis vocatur. Restat præterea, ut agamus de gratia, qua per baptismum tollitur peccatum originale una cum peccatis reliquis, si quæ sint, in rite suscipiente baptismum, et omnis poenæ reatus; quod sequenti propositione præstabilis.

PROPOSITIO. *Per D. N. J. C. gratiam quæ in baptismo confertur, reatus originalis peccati remittitur, ac tollitur totum id, quod veram et propriam peccati rationem habet.*

Est de fide, ut constat ex adducto can. V. sess. V. conc. Tridentini. Licit vero concilium in eo non loquatur expresse, nisi de reatu peccati originalis, prout serebat ejus scopus; evidens tamen est per gratiam, quæ ope baptismi infunditur, tolli pariter reatum alterius ejusque peccati actualis; imo cum baptismus vocetur passim saeramentum renovationis, ac regenerationis, liquet per eamdem gratiam, quæ in baptismo confertur, tolli etiam omnem poenæ reatum, quæ quidem omnia complexi sumus in hac propositione, ne longius quam par sit, progrediamur, cum eadem probations hæc omnia simul conficiant.

Jam vero per baptismum gratiam conferri, qua omnia rite dispositio (1) peccata deleantur, ostendunt apertissima Scripturarum testimonia. Ac primo

(1) Cum eadem prorsus dispositiones requirantur in adultis ad rite suscipendum sacramentum baptismi, ac ad rite suscipendum sacramentum pœnitentiae, de his præterea agemus in hujus sacramenti tractatu.

quidem prænuntiatus hic effectus est per Ezechielem XXXVI. 25. iis verbis: *Effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Sed præcipue in N. T. præsentim Act. II. 38. ubi Petrus: Baptizetur, inquit, unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi, in remissionem peccatorum, tum ib. XXII. 16. ubi Ananias sic Paulum affatur: Baptizare, et ablue peccatum tuum. Hoc ipsum pluribus declarat apostolus toto cap. VI. ep. ad Rom. ubi inter cætera v. 3. scribit: Quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus et v. 11. Ita et vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, vivenies autem Deo in C. J. D. N. et cap. VIII. 1. concludit: Nihil ergo nunc damnationis est iis qui sunt in Christo Jesu; ut innumera prope alia sacrorum eloquiorum testimonia præterea, quæ significant, nos per baptismum ablui, mundari, renasci, sanctificari, Christum induere, etc. Quibus palam fit, omnem prorsus ejusvis peccati reatum culpe, tum poenæ*

per baptismi gratiam auferri. Nec alia unquam fuit catholicae Ecclesiæ fides, ut patet ex symboli constantinopolitanu articulo: *Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Hæc adeo in primitiva Ecclesia pervulgata erant, ut indidem ansam sumpserint christiane religionis hostes Ecclesiam calumnianti, quod una aque ablutione sceleratos quoque et mulierculas criminibus oneratas in sinum suum recipere ac puros efficeret, inter quos eminet Celsus (1). Ratio præterea potentissima hæc fuit, quare plures, ut superiori vidimus, ad proiectorem etatam, quandoque etiam ad extremam vite periodum baptismi susceptionem protraherent. Hinc denique Ecclesia, huic fidei articulo innixa, nunquam consuevit baptizatis ullum satisfactionis seu pœnitentiae onus injungere (2), secus ac se gesserit circa lapsos post baptismum in gravia peccata.*

(1) Apud Origensem lib. m. cont. Celsum n. 51. Hæc eadem confirmat Gibbon in Hist. Casus imperii Romani cap. 15. Cf. quæ scripsimus in Tract. de Vera rel. col. 156. sqq.

(2) Dixi baptizatis nullum satisfactionis aut pœnitentiae onus injunctum ab Ecclesia fuisse: nam baptisma pœnitentibus seu catechumenis, plura pœnitentia opera eaque non levia injuncta fuisse nemo qui hospes non sit in christiana antiquitate, ignorat. Hac tuse prosequitur inter ceteros Vicecomes op. cit. lib. m. c. 5. et seqq. Id ipsum dicatur de plena confessione peccatorum, quam præmittere debent baptizandi, ante quam ad sanctum laevaram admittentur, de qua passim veteres loquuntur. Satis nobis sit verba afferre Tertullianum, qui lib. de Bapt. cap. 20. inter ceteras pœnas salutares exercitationes et hanc commenmorat, totius videlicet anteactæ vitæ noxias cum proposito melioris vita consuetudinem confidunt: «Ingressuros baptismum, inquit, orationibus crebris, jejuniis et genitacibibus, et pœnitis orare oportet ei cum confessione omnium retro delictorum.» In quem locum cf. adnotat. de la Cerda. Huc referuntur quæ Act. XIX. 15. habentur, ut suo loco dicemus. Ceterum, de hac ipsa omnium singulatim peccatorum confessione que præmittebatur baptismi cf. cit. auctore loc. cit. cap. 5. nec non Albaspinæum Observat. lib. n. cap. 1. et seq. qui plura Patrum testimonia in hanc rem proferunt, quæ longum esse hic recensere. Nobis satis sit animadvertere Patres tanti fecisse hanc peccatorum confessionem ante baptismum, ut s. Basilis inter cetera, quæ adducit ad deterredos catechumenos a dilatatione baptismi usque ad mortem, et hanc causam urget Hom. IV. in s. baptismus dicens: Quid expectas, ut beneficio fabris et munere baptismus accipias? quando neque salutaria verba proferre poteris... non diligenter confiteri, » Ti dñiūtūs tuūtōs enī dñpōv tñvōtōs tñ pñtōtōs; ôtē

Supervacaneum post hæc existimamus congerere Patrum testimonia ad id evincendum, quod tum ex prolatis Scripturarum oraculis, tum ex publicis factis et documentis luce ipsa meridiana clarius appareat (1).

DIFFICULTATES. Obj. 1. Sententiam theologorum, qui docebant per baptismum parvulis gratiam infundi, Clemens V. in concilio Viennensi tantummodo ut probabilem amplectus est, ergo ante concilium Florentinum et Tridentinum nondum erat exploratum, per baptismum gratiam conferri saltem ex opere operato infantibus. 2. Ad summum dici potest, per baptismum unicum tolli peccatum originale, juxta illud Joan. 1. 29. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.* Qua de causa 3. baptismus regenerationis sacramentum vocatur, quia per ipsum deletur quod carnali generatione contractum est. 4. Quod si adulstis collatum quandoque dicitur baptismus in remissionem peccatorum, hæc remissio penitentie tribuenda est, quæ baptismum præcedebat aut comitabatur juxta illud Act. II. 38. *Pœnitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum.* 5. Deleto porro peccato, non omnem dimitti poenæ reatum evidenter ostendunt ille, quas vocant, pœnitentias a renatis tolerande, 6. quæ quomodo, sublata originali noxa, nempe causa, remaneant velut effectus, plane non intelligitur; certum enim est in baptizatis non minorem vigere in malum proclivitatem et difficultatem in bonum, ac ante baptismum. Ergo.

Resp. ad 1. Neg. Siquidem, ut suo loco ostendimus, quæstio agitata tunc temporis inter scholasticos non versabatur circa gratiae collationem per baptismum, de quo nunquam in Ecclesia dubitatum est, sed circa ejusdem gratiae naturam, an scilicet per modum habitus et qualitatis infunderetur nec ne, ad sensum peripatetice philosophiæ. Hoc autem neque ante, neque post memorata concilia, unquam fidei articulum constituit (2).

Ad 2. Neg. Probationes, quæ a nobis allatae sunt, contrarium evineunt; nec obest, quod in singulari dictum sit. *Ecce qui tollit peccatum mundi;* hic enim peccatum significat genus, ac sumitur pro quovis peccato (3).

Ad 3. Dist. Quatenus homo in Spiritu per baptismum renascitur, qui prius in carne natus erat, C.

σθὶ γῆγαστοι δύνασται τὰ σωρία ἔμπειται.... οὐχ ὁμολόγουσι ἀστάθει, Ed. Maur. tom. n. p. 419.

(1) Cf. Trombelli, *Tract. de Sacram. t. v. Diss. XXVI. cap. 1. art. 1. et seqq. ubi copiosissime documenta ex antiquitate collegit.*

(2) Cf. Tract. de Grat. n. 475. n. (3) et n. 503. n. (4). Placet quæ documini confirmare auctoritate S. Augustini, cuius verba in ep. CLXXXVII. ad Dard. cap. 8. n. 76. luculentissima sunt. «Dicimus ergo in baptizatis parvulis, quævis id nesciant, *habilitare spiritum sanctum.* Sic enim eum nesciunt, quævis sit in eis, quemadmodum nesciunt et mentem suam; cujus in eis ratio, qua uti nondum possunt, velut quædam scintilla sopita est, excitanda etatis accessu.»

(3) In hanc expositionem facile concedunt non solum omnes catholicæ interpres, verum etiam interpres protestantes, sive antiquiores, ut patet ex Synopsi criticorum scriptorum in h. I. sive recentiores, Rosemüller, Kynoel, etc. Hinc nulla jam superest de hac expositione controversia.